



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118472**

§. 38. Cæsaris, Regisque Angliæ consilia adversus Franciam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66495)

**Sæcul. XVI.****A. C. 1524.**

militēs una omnes natione Itali essent, post quindecim dierum obsidionem deditiōnem facere cogebantur: Igitur cum arx Cremonensis jam antea expugnata fuisset, Galli nil omnino reliquum habebant in toto Mediolanensi Ducatu. Nilominus Bonivetus Admiralis ad Franciæ aulam delatus, perinde ac si victor rediisset, perbenigne ac honorifice a Rege exceptus fuit, cuius rei causa haud postrema fuisse creditur singularis affectus, quo Regina Mater hunc Admiralem prosequabatur.

## §. XXXVIII.

*Cæsaris, Regisque Angliæ consilia adversus Franciam.*

Gallis ex Italia vix pulsis Cæsar atque Angliæ Rex primas eo curas intendebant, ut Franciscum Franciæ Regem in suo etiam Regno aggrederentur.

## §. XXXIX.

*Papa Cæsarem, Anglumque ad pacem adhortatus.*

*Guic. l. 15.* Agitabant ambo hæc consilia, vehementer oblucente Clemente Papa, qui etiam Capuanum Archipræsulem in Hispaniam legabat, ut Cæsari exponeret, quatenus suo imperio contentus viveret,